tionem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis
Capitanealis Praemysliensis Terminos Dillationem sibi
non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac
earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poe-
nis simplicibus et triplicatis, Evasionibus, Suspensioni-
bus, fatalibus Terris, proscriptione Terrestri, bello, Conventi-
oneque, ac aliis omnibus Juris remediis et defensis
non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo.
Itaque sua personali Recognitione ad praemissa mediante.

Podhorodecki i Podhorodeckiey Donat

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis 106
Joannes Podhorodecki, olim Nobilis Les Podhorodecki
Filius, sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus
Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et com-
petentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitane-
ali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad Actum hunc
attinet, se, cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter
omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subji-
ciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recogno-
vit. Quia ipse Bona sua propria et haereditaria infra-
scripta, se Recognoscentem inter alios Consuccessorem suos
Jure Divino et naturali Successione concernens videlicet
Osadę z ogrodem y z Sadem do tey że osady należącym
in Bonis Villa Podhorodce Terra vero et Districtu praesenti
Praemysliensi iacens et consistens, Cum omni praemissorum
Jure Dominio, proprietate, haereditate tituloque haereditario,
cumque omnibus et singulis Bonorum eorundem, utili-
tatibus, fructibus, proventibus, redditibus, commodis,

emolumentis et obuentionibus quibusuis attinentiisque et pertinentiis generaliter vniuersis, nihil ex ijsdem bo[n]is Domimi, proprietatis, haereditatis, aut cuiusuis compe[ten]tentiae et praerogatiuae pro se Recognoscente, suisque successoribus, aut quopiam alio reseruando seu excipiendo, verum ita late longe circumferentaliterque put[!] praefatorum Bonorum haereditas, in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protenditur, et prout eadem Bona ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsumque concernebant, ac eidem legitime seruiebant, iam ex nunc et de facto. Nobili Annae Podhorodecka, eiusdem olim Nobilis [illegible] Podhorodecki filiae, Nobilis Laurentii Podhorodecki consorti legitimae, sui vero Recognoscentis sorori germanae eiusque Posteris, idque in vim dotis et expeditionis ipsam inter alias sorores de Bonis paternis et maternis legitime concernen[tis], dedit donauit inscripsit, et resignauit. prout dat donat ac titulo purae, merae perpetuae ac irreuocabilis donationis inscribit et resignat perpetuo et in aeuum irreuocabiliterque. In quae quidem Bona praesentibus donata praemissaque omnia idem Recognoscens, Nobilis Joannes Podhorodecki, praenominatis Nobili Annae Podhorodeckiey sorori germanae ac Donatariae suae eiusque Posteris, iam ex nunc et de facto coram Officio praesenti dat et admittit realem In[tro]missionem et actualem pacificamque Possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles quos libet quacunque voluerint Officiose acceptandam. Per ipsam Nobilem Annam Podhorodecka sororem ac Donatariam suam eiusque Posteros, ad eadem Bona praesentibus

donata, cum omni Iure Dominio proprietate competentiaq
et prærogativa quavis tenendi habendi et possidendi
illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos, suorumq
successorum quosvis beneplacitos usus fructus libere ac
effectualiter convertendi perpetuo et duraturis tempo-
ribus. Debetque et tenebitur memoratus Recognoscens
Nobilis Joannes Pochwoldecki, prout se, ac suos Successo-
res in et super Bonis suis generaliter omnibus, summisque
quibusvis pecuniariis habitis et habendis suprascriptæ No-
bili Annæ Pochwoldecka Sorori et Donatariæ
suæ inscribit et obligat præsentibus, ipsam et eius Successo-
res in dictis Bonis præsentibus donatis præmissisque ibus,
et ratione eorum omnium, ab omni et quavis impetitione
iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque Condicio-
nis, status et sexus cuiusvis existentium ex occasione
suprascriptorum modo quovis exorituda per omnes præ-
scriptiones Terrestres, prout ad quamlibet personam Ter-
restris spectat et pertinet præscriptio in omni Iudicio et
Officio Regni, semper toties quoties opus fuerit, tueri, de-
fendere, evincere intercedere et eliberare indemnemq
cum Posteris reddere, nec non Bona præfata præsenti-
bus resignata ab omnibus in genere Iuribus et Inscri-
ptionibus, prioribus et posterioribus super eisdem Bonis
præsentibus per se Recognoscentem donatis cuicunque
personarum modo quovis factis et faciendis, tum etiam
a quibusvis Citationibus, super eadem Bona præmissaq
omnia præsentibus resignata importatis et importandis Lu-
cris denique et Perlucris, Processibusque Iuris quibusvis
in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus, et
in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinen-

2034

ac super praemissis omnibus, praesentibus resignatis modo
quovis perductis et perducendis emundare et eliberare
munda que et libera semper facere, ac etiam Intromissi-
onem praefatam coram Officio praesenti admissam in
fundo Bonorum praefatorum praesentibus resignatorum
dum per Ministerialem et Nobiles dicti officii ode requi-
retur non denegare imo debebit et tenebitur, eam libere
dare et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem
Possessionem et usumfructum praemissorum omnium et
singulorum quovis modo tam per se, quam per suas quas-
vis submissas et subordinatas personas, non praepedire
nec adimere ipsamque Nobilem Annam Pochorodecka
Sororem et Donatariam suam ac ipsius Successores in
dictis Bonis praesentibus resignatis, tam in toto, quam
in quavis minima parte non inturbari, ita ut eadem
Bona praemissaque omnia, cum universis eorundem Uti-
litatibus et usufructibus eadem Soror et Donataria sua
cum suis Posteris quiete et pacifice praesentis In-
scriptionis Donationis vigore tenere habere et possi-
dere queat illisque uti frui possit perpetuo et indivi-
inrevocabiliterque: Idque sub Damnis Terrestribus sim-
pliciter absque corporali Iuramento taxandis et edicendis
per eundem Recognoscentem se eius Posteros supra-
scriptae Nobili Annae Pochorodecka Sorori atque Do-
natariae suae aut illius Posteris ob non complectionem
praemissorum omnium et singulorum tam in parte, quam
in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succum-
bendis, Pro quibus quidem Damnis Terrestribus sim-
pliciter taxatis modo praemisso ad solvendum succum-
bitis, ac pro re aliqua principali ex praemissis non

completa complenda Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Joannes Podhorodecki vel eius Successores ad instantiam p[rae]fatae Nobilis Annae Podhorodecka Sororis germanae ac Donatariae suae vel ipsius Posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare, Iuridice parere, respondere, Damna praefata Terrestria simpliciter taxata luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque, ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes, Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad Munimenta, ad Evictorem, vel aliis quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus Suspensionibus, Fatalis Iuris, praescriptione Terrestri, bello, Conventione que, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis eludendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.